



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bavariae Sanctae Volvmen ...

Rader, Matthäus

Monachii, M.DC.XXIV.

S. Garibaldvs Episcopvs Ratisponensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79699)

S. GARIBALDVS

EPISCOPVS RATISPONENSIS.

Anno Christi.
1000.
Othlonus in Bonifacio
Surius in eodem.
Hundius metropol.
Velferus Rerum Boic.
1. p. 274.



Vnc Garibaldum, seu Gaubaldum seu Gæbaldum, seu Gaiabaldum seu Gariobaldum appellatum (nam in nulla re ita librariorum manus vacillare solent arque in exprimendis nominibus præsertim raris, antiquis & desitis, quæ sæpe aliter populus, aliter scholæ, aliter scriptores edebant) S. Bonifacius pontificem Ratisponensem creauit. Sed pauca de illo in acta missa sunt. Hundius hæc tantum ponit, *Iste sanctus vir fuit, vigilans sui gregis pastor, qui creditum sibi ouile magna solitudine & fuit & auxit, & consilio sui cleri corpus S. Emmerammi in monumento laminis aureis & argenteis, margaritis & lampadibus preciosis ornato, populo spectandū præbuit. Præfuit annis XIII, vel XXII. vt alia docent monumenta. Obijt 1000. ad D. Emmerammi humatus.*

